

Johannes Francke

**Lessus In funere Viri Incomparabilis Henrici Rahnii, Icti & Prof. Publ. in Alma
Rostochiana celeberrimi, ac facultatis in eadem Iuridicae Senioris, nec non
Consistorii Ducalis Adsessoris gravissimi, Adfinis, Fautoris & amici sui
desideratissimi, Ad inopinatum nuncium per summum luctum propere in chartam
effusus, & Rostochium transmissus**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn776782355>

Druck Freier  Zugang



F r a n c k , J .

i n

H . R a h n e .

R o s t o c k , 1 6 6 2 . / d

II



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0004)

DFG

LESSUS
In funere
Viri Incomparabilis

HENRICI RAHNII,

Jcti & Prof. Publ. in Almâ Rostochianâ
celeberrimi, ac facultatis in eâdem Juridicæ Se-
nioris, nec non Consistorii Ducalis Adse-
foris gravissimi,


Adfinis, Fautoris & amici sui
desideratissimi,

Ad inopinatum nuncium per summum luctum
PRAESES IN CHARTAM effusus, & Rostochium
transmissus



JOHANNES FRANCKEN / Lubec.
J. D.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXII.



Uicunque exequias HEN-
RICI RAHNII, cohonestatis,
atq; justa huic viro incompa-
ribili persolvitis, ordinis & æ-
tatis cuiuslibet, perpendite
paulisper mecum, & deplora-
te vita humanæ lubrica. dis-
jungimur enim locorum quidem
intervallis, sed intersum-
vobis animo, etiam eloquio,
atq; lactimis. Aures circumsonet nostras Ægyptiacum
illud; MEMENTO MORI, & alterum Regis Macedonum,
μέμνησο ἀνθεωμε ἄν. recordemur, bullam esse hominem,
& florem occiduum, aut si quid adhuc caducum magis.
Pecudum est, mactatiui supinè interesse, donec per gre-
gem ad se penetretur: humana mens & ratio clade ac
interitu generis sui afficitur, & inde exemplum sibi
capit. aliena mors nos nostræ admonet, & ostentat,
qvam hæc propè immineat quoq; nobis. In tunis sæpè
obrepit. Quin obruit nondum natos, & vitam eripit
nondum in vitam introductis. Pueri atq; juvenes, vi-
rili ætate, & senio confecti, mares ac fæminæ, divites,
paupertini, privati, aut potentia atq; honoribus præ-
muniti, intramus in infidias, & circumvenimur undi-

que.

que. quo quisque est robustior etiam, eò vel in opinia
tiùs prosternitur. Obvolvendum igitur patienter ca-
put est, & respiciendum, ut ne in honeste cadamus.
Stemus, oportet, semper in procinstu, ingressuri sta-
tim iter, ubi Imperator summus juss erit. Docemur
in præsens hoc in amplissimo Viro, conspicuo omni
virtutis & eruditionis laude, cui justa peraguntur. Is
HENRICUS, ut dixi, RAHNUS est, per triginta annos
& amplius, immensum Rostochianæ Academiæ decus,
& ornamentum summum. Eheu! quām in opinā mor-
te ereptus nobis ille est! Nobis, inquam, quotquot vir-
tutem colimus sine fuso, candorem amamus sine fal-
laciis, & doctrinam amplectimur sine phaleris & am-
pullis. qui eruditio optamus esse, non videri eruditio,
ut boni simus. boni, ut non tam pro simus nobis, quām
humano generi. qui immensissimi Dei quærimus glori-
am, & commoda tām Reipubl. quam singulorum, im-
primis amantium honesti. nostra vero aut minus, aut
certè postremo loco. Talem omnino in nostro RAHNIO
perdidimus. Audiat invidia, & ringatur, atq; vel
ilia ei rumpantur; Amisimus in RAHNIO Juris consul-
tum, amante mæqui & recti, & quem excellentissimo
cuiq; seculi nostri opponamus. Amisimus doctum Vi-
rum, in omni scientiarum genere diffusissimum, diser-
tissimum. prudentissimum eundem, & per omnem vi-
tam in humanis rebus exercitatissimum. Amisimus
præceptorem præclarissimum, quotquot Rostochii
proximis his triginta annis melioribus studiis, & juris
prudentia præsertim, operati sumus. Amisimus judi-
cem integrum, fautorem honorum & patronum,
malorum vero non tam osorem, nisi perseveraverint,
quam,

FOLIO

quam censorem castigatoremque; donec pro errantibus
haberentur. Qui diversa sentiet, & effutire non eru-
besceat, ingenium suum prodet & mores, si fors adhuc
nondum cognoscantur; Inter eos ipse & se suo calculo
profitebitur, quos favore dignari suo R A H N I U S haud
potuit. Iterum meritò exclamamus; Audiat invidia,
(quæ enim excelsior virtus invidis carebit & obtrecta-
toribus?) audiat malignitas, & ringatur, & sudes hæc
nostra in oculis malevolorum verba sint: Occidit ing-
gens jubar. Extincta est fax & pharos ad omnem vir-
tutis & eruditio[n]is viam. Dux & auctor egregii periit.
Jacet præmonstrator præstantis cujusvis & expetendi.
Orbati parente sumus. lugubria sumamus, induamus.
Parentem verò præcipue ego, parentem alterum a-
missi, & æquis partibus tenerrimè cum iis amatum, qui-
bus secundum Deum vitam debeo, & bona fortunæ.
Manes tuos compello, sanctissime Virorum; parentis
loco te semper veneratus sum. testes literæ, olim ex
peregrinationibus ad te scriptæ. testes, quas dedi, ex
quo familiæ sarcinam mihi Deus injunxit. virtus me-
tuatibi conciliavit, & sincerus candor, atque exquisiti-
sima eruditio. Tu me ante viginti fermè annos convi-
ctorem & domesticum recepisti, benignissimè habui-
sti, studia fovisti, laudasti, incitasti. Tu facem prælu-
xisti ad omne eximum, & sublevasti nitentem ad ar-
dua. Juvisti etiam, & succollasti quasi in conatibus,
sentiendo de me apud bonos benè. Quare gratias tibi
summas jure merito solvo, etiam post fata. divelli à te
me non sum passus. colui, observavi, suspexi constan-
tissimè. Utinam truculenta mors nunc nos haud di-
vulsisset! conjunxerat me adsinitate tibi Deus per ma-
trimo-

trimonium, nimis rūm, nē vinculum indissolubilis ad-
fectus ullum deesset, credidi me domus tuæ portio-
nem, nec tu te apud nos extraneum credidisti. Literas,
easq; proh dolor! ultimas, amantissimis, & me ad ho-
spitium tuum invitantibus verbis, eo ipso à te die ac-
cepi, quo memoria celebratur acerbissimæ mortis,
qua maximi & unici Dei maximus & unicus filius popu-
lum suum à morte æternâ redemit, miserabaris in iis
præmaturam mortem Theologi, cuius conjugalis se-
cundus vix incaluerat torus. tām mitis, tām misericors
in alios, meministi sine dubio fragilitatis tuæ. excuba-
bat etiam mors tibi in atrio. stetit tuo in confinio, &
falcem capitituo intendit. Pulsat enim mox eximpro-
viso tuas fores, te vasa conclamare jubet, te (ò luçtum
magnum & incredibilem!) te, inquam, invadit, te
constringit, te abripit. Et illico, me omnia alia spe-
rante & exspectante ictu sanguinis te esse ex vivis sub-
latum, fama malum velox tulit. Mortis quidem ge-
nus hoc, confiteor, tale est, quo haut diu es tortus, haut
diu excruciatus. repentinum, scilicet. quale domitor
ille terrarum orbis, & Romæ dominator suæ, Jul. Cæ-
sar sibi optavit, licet alio & feliciori modo qvām ipsi
contigit. felix, ita tibi potius & exoptatum fortassis
etiam; qui sic à supremo judice peccatorum pœnitens,
atq; plenissimus in servatoris meritum fiducia es evo-
catus, cū intrepidus id semper expectaveris Sed amaru
nobis, & nimiū quantū atq; ex intimis visceribus dolen-
dum, quibus charus es, & superstites tibi agimus. acer-
bisimum dilectissimæ uxori, exemplari isti fœminei
decoris. acerbissimum liberis dulcisimis, amicis, bo-
niſ omnibus. Extinctus es (ò beatissimum quidem te!)

Inter

inter ardentissima ad benignissimum DEum suspiria,
inter devotissimas preces tuorum. Quin etiam, ex-
tinguit eo die es, quem Ecclesia quotannis salutari e
mortuis resurrectioni æternæ vitæ recuperatoris &
vindicis, sacrum novissimum colit. quo, & duobus
eum præcedentibus, tu cœlestem hunc triumfatorem
adorasti, & applicuisti divinæ ipsius resurrectionis fru-
ctum Tibi: nec quicquam dubius, quin & te resuscita-
turus sit, induetus iterum te carne & pelle tuâ, & in-
troducedurus ad gaudia illa, quæ oculus adhuc nullus
vidit, nec auris audiit. in hanc spem placide obdormi-
visti: hac fatus animam Deo commisisti, exhalasti.
nec te spes ea, nec nostrum quenquam fallet. videbi-
mus aliquando Deum, qualis est. oculi hi nostri eum
videbunt, non alieni. intuebimur in illud ineffabile,
sanctum, æternum, immensum, infinitum, perfe-
ctum, & potentissimum. Illud summum, solum, unum,
& verum bonum. in quo omnia, & sine quo nihil. fon-
tem ipsius naturæ, & perennem scaturiginem. & quod
deniq; ipsum omnia est. Hunc optimum maximum
DEum substantia unum personis trinum, summis ex-
tollemus laudibus. fruemur incomprehensibili illa,
quâ nunc tu, beatitudine, in sempiterna tempora: ex-
uti hac caducitate, liberati à sorribus vitiorum, clari-
ficatis corporibus. Nos interim conflictamur adhuc cū
vitæ hujus miseriis, & desideramus Te. Tu mortali-
tatem quidem eâ ætate (nam fuit sexagesimus secun-
dus, qui seculi, vitæ tuæ annus) dereliquisti, quæ ho-
mini & Tibi sufficit, sed quæ non nobis in Te & de Te,
qui tanto viro, ævi nostri lumine, destitnimir. Itaq;
fortunatissima tibi mors, luctuosissima nobis, uxori,
liberis,

liberis, literato orbi. Lugeto ergò Germania virum,
Europa universa lugeto, & ubicunq; sapientia &
vera colitur eruditio. lugeto Megapolis, Rosto-
chium, Academia, cives omnes lugetote. Luge-
tote agnati, cognati, adfines, amici. Præ cæteris ve-
rò Tu meritissimò luges mœstissima VIDUA, habitacu-
lum virtutum, & castissimi in maritum tantum amo-
ris. decidit corona de capite tuo. interruptus tibi est,
imò abruptus, latissimus ille cursus annorum fermè
viginti, quibus lateri ejus fidissima ac syavissima uxor
accubuisti, & jucundissimā utriusq; sexus prole domum
fæcundasti. Vos etiam meritissimò lugetis mœstissi-
mi LIBERI. carebitis imposterum indulgentissimo pa-
tre, & eodem viro prudentissimo. Lugete, inquam,
sed ita lugete tamen, ut ne Deum impatienciâ offendatis,
ut ne fiduciam in eum, omnium nostrum com-
munem & supremum patrem, leponatis, ut ne sub im-
moderato luctu & doloribus succumbatis, implora-
te Spiritus Sancti opem. petite ex alto solatia. opitu-
labitur vobis, idemq; vos solabitur indubitâ DEUS,
nec unquam deseret. in evitabilis quidem illius jussus
est, inevitabilis voluntas, & irrevocabilis, sed dirigit
omnia tamen in emolumenta nostra. Petro Aposto-
lo dixit Servator olim; Quid agam, in præsentia nescis,
sed suo id aliquando tempore intelliges idem vobis di-
cit, & vos intelligitis, in hoc, & in illo altero ævo. vul-
nerat Deus, sed obligat, & sanat. frangit, sed non con-
fringit. deprimit, ut erigat. infirmat, ut confirmet,
& confidere in solum se doceat. Patrem se viduarum
profitetur, & nutritorem largissimum. Confidite.
Cæterum naturæ quoq; hæc lex est, ut moriamur. &

iccirco

ic circò nascimur. mortales etiam périnde ac homines
dicimur. hominibus primis, & progenitoribus huma-
ni generis, han chereditatem unā cum reatu debemus.
peccatorum merces mori est, & dignum præmium.
Quin amplius: nascimur, & simul morimur. Eo, quo
nati sumus, momento, mori incipimus. quicquid vi-
ximus, mortui sumus. Ubi vitæ quasi linea hec emen-
sa, & ad ultimum ejus punctum per ventū, desultemus,
necessè est; subsistere aut progredi nemini datur, sed
lineam hanc DEus alteri breviorem statuit, longiorem
alteri, liberrimus arbiter, quid faciamus? Lugebo
quidem ego quoq; optimum virum, patronum meum
summum, olim præceptorem, post ad finem. hærebit
mihi jucundissima ejus memoria, donec vivam. nulla
dies eam è pectore meo evellet, nulla delebit,
acerbissimus mihi obitus ipsius est, si cui alii. Sed, qui
alios moneo, ita ipse lugebo, ut, quem brevissim revi-
surus in beatissimis sedibus, ubi luctus nullus, nullæ
lacrimæ, nullus dolor. accingam me ad idem iter, ut
expeditus sim, quando cunq; Deus iuss erit. Dulcissime
JFsu, in horâ mortis nos respice, & suscipe, elutostuo
sanguine! Vos omnis ordinis & ætatis, qui justa RAH-
NIO nunc facitis, pergite, absolvite, & idem, ut vo-
bis aliquando fiat, exspectate. Valete etiam,
& favete. Dabam Lubecæ, è Museo. Ipsis
Non. April. 1662.



8n



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776782355/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776782355/phys_0016)


DFG

*Has igitur taceo laudes : bona nunc prece
Conjuge dilecto , eheu ! quoq; Patr
Sit DEUS ut Conjurx , Pater æconomus
Omnibus his orbis ; sunt ubicung;*

Franciscus Prætorius

& Phil.

Rhani Deorum semen ac jubar se
Columna Baltici nitens Athenæi
Dux disciplinæ juris, arbiter veri,
Quem Diis adæquabit perennitas, at
Virtus supremos inter abdet heroas
Tu nunc jaces haud amplius moratu
Nostro Roseto, quo nitente fulserunt
Soles, & ivit purior dies euro
Pacatiore, te dolemus extinctum
Spirabiliq; luce condimus cassum,
Fatum rapax! hem qui recens pareret
Alius urnis, providus sui fati
Aufugit heros! O gravissimam stragam
O fata sæva quæ vetatis extare
Longum quod eminens frui diu vita
Debebat; altæ veritatis & justi
Æquis Sacerdos, ordinis decor do
Et masculæ sinceritatis exemplar,



Cui -